43

## De monialibus et Canoniſſis

e Stad huc ordo velatarum mulierum
Quas etiam nonnas dicimus eſſe ſacras
Qui de virginibus viduiſqꝫ coactus in vnum
Ordo ſatis notus pluribus eſſe ſolet
Horas canonicas ſolito de more frequentant
Soluentes penſum nocte dieqꝫ ſuum
Vocibus altiſſonis adeo modulamine dulci
Cantant. ſirenes ceciniſſe putes
Corpore ſerpentes. ſirenes voce. dracones
Pectore. ſuſanna dogmate. corde paris
Sed tamē illud habent vnum. qđ ſedule fūdūt
Ante deum lacrimas. que ſine lege fluunt
Hijs dominū placant ſemper veniaꝫqꝫ merent
Hijs ſua cūcta lauāt crimina quicquid agāt
Omnibus aure tenus licet his nutrire capillos
Sed non vlterius regula namqꝫ vetat
Vtuntur niueis agni de corpore ſumptis
Pellibus in tonſis pallia nigra gerunt
Hec caput abſcondūt omnes ſub tegmīe latent
Nigro. regula ſic et ſuus ordo docet
Cingula nulla ferunt ſed nec femoralibus vti
Conſuetudo fuit neſcio ſi modo ſit
Nunqꝫ rixantur niſi cū locus exigat aut res
Sed nec percuitunt ſit niſi cauſa grauis
Harum quedam ſunt ſteriles quedam pariētes
Virgineoqꝫ tamen nomine cuncta tegunt
Que paſtoralis baculi donatur honore
Illa quidem melius fertiliuſqꝫ parit
Vix etiam queuis ſterilis reperitur in illis
Donec eius etas talia poſſe negat

## De Oridne Simplegenſium qui ſumpſit originem ex anglia

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-179/0085
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG